



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio LXXXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN  
delium, struit unam tantum Basilicam sancti Petri.

AD hanc quidem & similes ego dico, non est nostrū iudica  
re uoluntatem Papæ, sed tantūmodo ferre, etiā si quando fuerit  
iniquissima, ut supra dixi. Verum monendum tamen est, & præ  
cones ueniarum, ut nō detur tam manifesta occasio populis lo-  
quendi, sicut olim Heli sacerdos fecit, ut propter filios suos, ho-  
mines detraherent sacrificio domini. Si tamen mens Papæ unq  
fuit, ecclesiam sancti Petri, tot pecunijs corrasis ædificari, & non  
potius eorum, qui facilitate eius, in suum lucrū abutuntur. Non  
est necesse literis tradere, quid passim de structura illa fabulentur  
et dominus ut mentiar, nō diu poterit ista exactio pspera esse,

C O N C L V S I O LXXXVII.

Quid remittit aut participat papa ijs, qui p cōtritionem p  
fectam, ius habent plenariæ remissionis, & participationis?

H A E C inde uenit, quod multi etiam iuristæ nescire se dicant  
quid sit remissio culpæ p claves, de qua supra meū sensum dixi;

C O N C L V S I O LXXXVIII.

Quid adderetur ecclesiæ boni maioris, si Papa sicut se  
mel facit, ita centies in die cuilibet fidelium, has remissiones  
& participationes tribueret.

H I C mire mira, alij cōmunem thesaurū singunt, qui p indul-  
gentias augeant. Et ideo si homo septies in die remissionē plena-  
riam obtinet, ut in urbe potest fieri, tanto plura bona conseque-  
tur. Hi sibi p̄sis contrarij sunt, quod indulgentiæ sint expensiōes  
thesauri secundū eos, ergo nō collectiones. Alij iuxta diuisionē  
cōtinui in infinitū, remitti putant peccata, sicut diuidit in semp  
diuisibilia lignū, ita remittunt peccata, semper remissibilia ulter-  
ius, licet semper minora fiant. Ego fateor me nescire quid dicā.

C O N C L V S I O LXXXIX.

Ex quo Papa salutem quærit animarum per uenias, ma-  
gis quam pecunias, cur suspendit literas & uenias iam olim  
concessas, cum sint æque efficaces.

H A E C maxime oīm urit & displicet, & fateor magna cum  
specie, illa enim suspensio, unica est causa, qđ uilescunt indulgen-